



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118529**

Caput XIII. De perseverantiæ munere

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

## CAPUT XIII.

Sæcul. XVI.  
A. C. 1547.*De perseverantiæ munere.*

Similiter a perseverantiæ munere, de quo scriptum est: *Qui perseveraverit Matth. 10. usque in finem, hic salvus erit.* Quod qui-<sup>et 24. 13.</sup> dem aliunde haberi non potest, nisi ab eo, qui potens est, eum, qui stat, statuere, ut perseveranter stet, & eum, qui cadit, restituere: nemo sibi certi aliquid absoluta certitudine polliceatur; tametsi in Dei auxilio firmissimam spem collocare, & reponere omnes debent, Deus enim (nisi ipsi illius gratiæ defue-<sup>Philipp. 1. 6.</sup> rint) sicut cœpit opus bonum, ita per-<sup>II. 13.</sup> ficiet, operans velle, & perficere. Verumtamen, qui se existimant stare, videant, ne cadant, & cum timore, ac tremore salutem suam operentur, in laboribus, in vigiliis, in eleemosynis, in orationibus, & oblationibus, in jejuniis, & castitate: formidare enim debent, scientes, quod in spem gloriæ, & nondum in gloria renati sunt, de pugna, quæ superest cum carne, cum mundo, cum diabolo, in qua victores esse non possunt, nisi cum Dei gratia, Apostolo obtemperent, dicenti: *Debitorum sumus, Rom. 8. v. 12. non carni, ut secundum carnem vivamus, si enim secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis.*

L 4

CA-